BENEDICTUS PP. XIII.

Morbio 27 (126)

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Oium saluti paternâ charitate intenti, sacra interdum loca spualibus Indulgentiarum muneribus
decoramus, ut indẽ fidelium defunctorum Animæ Dni Nri Iesu Xpi, eiusque Sctorum suffragia meritorum consequi, et illis adiutæ ex Purgatorij poenis ad æternam Salm per
Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Parolem Loci di Fagnano Plæbis di Rosate Mediolanen Dioeč et in eâ situm altare Confraternitatis Doctrinæ Christi:
anæ simili ad pns privilegio minimẽ decoratum hoc speciali dono illustrare de omnipotentis Dei misericordiâ, ac BB. Petri, et Pauli Aplorum eius auctẽ confisi, ut quandocumque
Sacerdos aliquis Sæcularis, vel Regularis missam defunctorum in die Commemorationis defunctorum, et singulis diebus intrâ illius octavam, ac die Sabbathi cuiuslibet hebdomadæ prô
Animâ cuiuscumque Confratris, et Consororis dtæ Confraternitatis quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit ad ptum altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Eccle:
siæ per modum suffragij indulgentiam consequatur, Itaut eiusdem Dni Nri Iesu Xpi, ac Bmæ Virginis Mariæ Sctorumque oium meritis sibi suffragantiꝰ à Purgatorij poenis
liberetur concedimus, et indulgemus. In contrarium facien non obstan quibuscumque. Pntibus ad septennium tm valituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris
die XXX. Iunij MDCCXXV. Pontus Nri Anno Secundo.

Gratis pro Deo, etc. Scrã

F. Card. Oliverius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871928125-13/fragment/page=0001

1725. XXIX, 296

Cerrospta Privilegiorum Apsotica literay publicanday esse decernimus. Mediolani
ex Palatio Archiepi die XXVII Julij MDCCXXV.

Stampa Vic. Gnlis

A. Lancia Can. Ord.
Cancell. Archiep.

Morbio 27 (126)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

VB Caimus Penitna

V. Franc. Saxius Can. Ord.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871928125-13/fragment/page=0002